



V, 82.

2.417a



CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. III

VT  
SERENISSIMI. CLEMENTISSIMI. Q. DOMINI  
DOMINI  
**F R I D E R I C I**  
MARGGR. BRANDENB. DVC. PRVSS  
RELIQVA

NOMEN. A. PRELLIVM. SCHGENBRVN. GERMANICE  
OPERA. PVBLICA. I. F. E. DE. PODEWILS EQ. PALAT.  
GALLICE

TEMPLI. AVLCI. REFECTIONEM. I. G. KAPPIVM. OBERKOZ.  
GERMANICE

VIARVM. CVRAM. G. W. KISPERTVM. RVGGEND. LATINE  
ARTIVM. PERITIAM. I. A. RENNEBAVMIVM. CVRIEN.  
GERMANICE

PATRIS. PATRIAE. OPTIMI

**D I E M . N A T A L E M**

D. X. MAII. CCCLXIII  
IN. ILLVSTRI. CVRIANO. H. L. Q. C  
PIE. OBEVNDI. CAVSA  
QVA. DECET. ANIMI. DEVOTIO. CELEBRATVROS  
CVRIAEC. PROCERES. CIVES. Q

BENEVOLE. AVDIANT

OBNIXE. ROGAT

EIVSDEM. RECTOR

**PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS**

A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIUS

CVRIAEC. REGNITIANAE  
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP

## Sectio II.

## AN HERMVNDVRI RECENTIORIBVS SVEVI?

Iam iure tuo, Lector Beneuale, postulas, demonstrem, HERMVNDVROS post ea SVEVORVM nomine latuisse. Exponam igitur, necesum est, semel, qui factum, ut HERMVNDVRORVM nomen a SVEVORVM absorberetur, deinde, quibus veterum isti his comprehendantur.

## Intersectio I.

## CVR HERMVNDVRI INDE SVEVI?

## Index dictorum.

- |   |  |
|---|--|
| §. I. Germania Romanis inuisa.                | §. VI. Num forte Tiberio?                    |
| §. II. Non impune lacesita.                   | §. VII. Omnia minime Albis.                  |
| §. III. Trans limites imperii Romani progesa. | §. VIII. Aequae Hermunduri.                  |
| §. IIII. Iam Taciti aetate infesta.           | §. VIII. Qui ipsi Romanis infidi.            |
| §. V. Hinc Romanis non penitus cognita.       | §. X. Inde iisdem ignotiores magis magisque. |

Quod rite exsecuturus hanc inibo rationem, ut ante omnia eruam causas, ob quas HERMVNDVRORVM exoleuerit nomen, post ea vero, ob quas SVEVORVM praevaluuerit.

## Pars prior.

## QVI HERMVNDVRORVM NOMEN EXOLEVERIT?

## §. I.

*Sexcentesimum, inquit Cornelius, 1.) et quadragesimum annum urbs nostra 2.) agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, Caecilio Metello ac Papirio Carbone consulibus, ex quo si ad alterum Imperatoris Traiani consulatum computaueris, ducenti ferme et decem anni colliguntur. Ne tamen ea de Cimbris, quos prae se fert ille, interpretare tantum, ipse subiungit verborum suorum optimus interpres: Tamdiu Germania vincitur. Medio tam longi aevi spatio multa in vicem dama. Non Samnis, non Poeni, non Hispaniae Galliaeue, ne Parthi quidem saepius admonuerere. Quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. 3.) At Germani Carbone 4.) et Casio 5.) et Scauro*

- 1.) Germaniae sua Capite XXXVII. que norit, nisi qui ignorat, haec Romae fuisse scripta.  
 n. 3. 4. 6. seqq.  
 2.) Quam esse Romanam, quicumque 3.) De qua Gen. Bernhardus de

Scauro Aurelio 6.) et Servilio Caepione, 7.) M. quoque Manlio 8.) fuisse vel captis 9.) quinque simul consulares exercitus 10.) populo Romano, Varum tresque cum eo legiones et iam Caesari 11.) abstulerunt. Ne addam, quae alii de clade, quam a Germanis Romani Silano 12.) et Lollio 13.) ducibus passi sunt.

## §. II.

Et, quam quam C. Marius in Italia, 1.) Diuus Iulius in Gallia, 2.) Drusus 3.) ac Nero 4.) et Germanicus 5.) in suis eos sedibus perculis-

C 2

Plessem titulo de Libertate Germanica praefixo anno CIOCCXXVII. Haec disputauit, et anno post eundem hunc libellum auchius reddidit.

4.) Cuius testes Strabo Lib. V. p. 328. Liuius Epit. LXIII. Plutarchus in Mario p. 414.

5.) Huius Caesar de Bell. Gall. Lib. I. Cap. VII. et XII. Liuius Epit. LXV. Plutarchus in Mario p. 414. 416. Appianus Κελτικη p. 1190. Orosius Hist. Lib. V. Cap. XV. Conciliauit autem Anglorum doctissimus Dauidius ad Caesaris posteriora hunc Cornelio nostro, quem ut et Dukerum ad Flor. Lib. III. Cap. III. n. 4. euoluas.

6.) Huius Liuius Epit. LXVII. 7.) Huius Liuius Epit. LXVII. Valerius Maximus Lib. III. Cap. VII. n. 3. Florus Lib. III. Cap. III. n. 4. Plutarchus in Mario p. 414. 416. in Sertorio p. 569. Iulianus Hist. Lib. XXXII. Cap. V. n. 10. Orosius Lib. V. Cap. XVI. Eutropius Lib. V. Cap. I. n. 1.

8.) Iisdem Liuius, Floro, Orosio, Eutropio testibus, quibus iunge Plutarchum in Mario pag. 416.

9.) Quam in rem consulas Cellarium Disp. de Cimbris et Teutonis.

10.) Quantus consularis exercitus, quaere ex Vegetio de Re Milit. Lib. II. Cap. III.

11.) Augusto puta, testantibus Suetonio Aug. Cap. XXIII. Floro Lib. III. Cap. XII. n. 31. seqq. Tacito Annal. Lib. I. Cap. LV. seqq. Dione Cassio Lib. LVI. Vellejo Lib. II. Cap. CXVIII. Seneca Epist. XXXXVII.

12.) Quod discas ex Floro Lib. III. Cap. III. n. 4.

13.) Hoc vero ex Tranquillo Aug. Cap. XXIII. Vellejo Lib. II. Cap. XXXXVII. n. 1. Tacito Annal. Lib. I. Cap. X. n. 6. Dione Cassio Lib. LIII.

§. II. 1.) De quo, quantum fatis est, subpedant Plutarchus in Mario, Florus Lib. III. Cap. III. Eutropius Lib. V. Cap. I. Orosius Lib. V. Cap. XV.

2.) Ne quidem ipso Caesare de Bell. Gall. Lib. I. Cap. LII. disimulante. Plura dabit Cellarius nosfer de Caii Iulii Caesaris aduersus Ariouustum aliasque Germanos gestis bellis.

3.) De cuius expeditione bellica per Germaniam idem laudatus Cellarius in Disser. de Claudii Drusi Ex-

*culisse vult Tacitus, 6.) non tamen diffitetur, non impune id fuisse factum, hoc est, haud sine strage Romanorum. Iis autem proprius respexisse Sueuos videtur Tacitus Schoockio. 7.)*

§. III.

Pergit idem Tacitus: *Mox ingentes C. Caesaris 1.) minae in ludibrium versae. 2.) Inde otium, donec occasione discordiae nostraet et ciuilium armorum 3.) expugnatis legionum hibernis et iam Gallias adfectauere, 4.) ac rursum pulsi inde proximis temporibus triumphati magis quam vieti sunt. 5.)*

§. III.

peditionibus, maxime Germanicis. Eidem quoque tribuit praecipuas res gestas, quas vulgus Tiberio tribuit, Doctissimus Iusti in der Abhandlung von den Römischen Feldzügen in Deutschland, oder wie weit der Römer Waffen in Nord- und Ost-Deutschland eingedrungen, und was vor Denkmaale davon vorhanden sind.

4.) *Quod cognomen, quo significabatur lingua Sabina fortis ac strenuus, adsumserat gens Claudia ex indicio Tranquilli in Tib. Cap. I. extr. ex cuius stirpe, ut idem auctor prodidit Cap. III. princ. genus trahebat Tiberius Caesar, cui illam expeditionem Germanicam iam vindicauit §. I. Intersect. II. Sect. I. vt vel nuperim Magnus Baumgartenuis acutius Anglis suis vidit in obseruatione 190. ad Allgemeiner Weltistorie Partem XII. Rer. Rom. Lib. III. Cap. XVII. §. 200. p. 212. Sed et ita fere semper audit Tiberius Velleio suo Lib. II. Cap. LXXXIX. seqq.*

5.) *Et hic iuabit adiisse Cellarii Dissertationem de Germanico Caesare, Tiberii Filio, Augusti Nepote,*

atque modo appellatum Iusti §. 8. seqq. expeditiones in Germaniam Germanici curatus inuestigantem.

6.) *German. Cap. XXXVII. n. 8.*

7.) *Hist. March. Antiq. Lib. I. §. XIII. in Script. Rer. Brandenburg. Tom. I. P. I. p. 57.*

§. III. 1.) *Caligulae, quo hic nomine potissimum venit Suetonio.*

2.) *Quas legas in eiusdem Tranquilli Calig. Cap. XXXV. seqq. Eas in mente habuerunt Eutropius Lib. VII. Cap. VII. n. 2. Orosius Hist. Lib. VII. Cap. V. immo potius Tacitus Hist. Lib. III. Cap. XV. et Dio Cassius Lib. LVIII.*

3.) *Quae, quam primum Caesaram progenies in Nerone defecerat, ducibus Galba, Ottone, Vitellio et Vespasiano feruebant, quod iam vel ex Suetonio, quae de iis memoriae prodidit, cogniti facillimum. Conferas tamen Tacitum Hist. Lib. III. Cap. XVII.*

4.) *Testantibus Suetonio Galb. Cap. VI. et VIII. ac Tacito Histor. Lib. III. Cap. XII. seqq. item Lib. V. Cap. XIII. seqq.*

5.) *Ceu a Domitiano, quod non disimulauit idem Cornelius Vit.*

## §. III.

Nec felicior armorum Romanorum progresus in Germania ipso illo anno, quo ista cuncta literis mandabantur. In eo enim altero Imperatoris Traiani consulatu, quo ea scripsisse prodit Cornelius, 1.) A C. N. LXXXVIII. 2.) militabat Vlpius in Germania. 3.) Iam tum enim vincebatur Germania inuita ex ipsius Taciti confessione. 4.)

## §. V.

Iam cum 1.) non Samnis, non Poeni, non Hispaniae Galliaeue, ne Partibi quidem Germanis saepius admonuere 2.) illos rerum dominos, quales gens togata videri volebat; quis sibi persuadeat, pasfos fuisse

C 3

Agricolae Cap. XXXVIII. n. 2, suffragantibus Tranquillo Domitian. Cap. XIII. et Dione Casio Lib. LXV. atque LXXVII. Nec poenitebit consiluisse Berneggerum ad Taciti German. Qu. CLVIII. Cel. Schoepfeli-  
num Alemann. Antiq. Cap. II. p. 23.  
et recens nobilitatum Iusti paulo ante excitatum §. 2. quibus iungas Franciscum Irenicum in Exeg. German. Lib. V. Cap. XVIII. seq. ex indicio Buchneri in Genealog. Diplomat. Ruthen. Cap. I. §. 2. in nota specimenis loco ex schedis auctoris diligenteris eo defuncto in publicum a me producti in Analect. Brandeb. P. II. Cap. I. p. 200.

1.) Supra §. I.

2.) Ut docuerunt Mason Vita Plinii ad h. a. nouissimae editionis Secundi epistolis a me partim editis praeposita p. XLVII. de la Baune Vit. Traiani ad h. a. Patarol et Lipsius ad Plin. Paneg. Cap. LVI. n. 3. Schwarzius in Expositione Nummorum Veterum p. VII. quae est in limine locupletissimi in Secundi Panegyricum

Commentarii eiusdem. Nec aliam rationem init Consultissimus Bachius in elegantissimo suo Traiano eiusdemque Vita p. XXV. calculo melius posito, quam a Fabricio Biblioth. Latin. Vet. Lib. II. Cap. XXI. ad annum LXXXVIII. referente.

3.) Celebrante Plinio Paneg. Cap. LVI. et LVIII. Adde Spartanum Adrian. Cap. II. Aurelium Victorem Epit. Cap. XIII. Eutropium Lib. VIII. Cap. II. n. I.

4.) Saepius nominato Capite XXXVII. n. 4.

§. V. 1.) Ibid. n. 5. Cornelio effante.

2.) Ne niminn gentis suae turpitudinem aut ignauiam fateretur per Euphemismum aliquem dixit admonuere, plane ut Seneca de Clement. Lib. I. Cap. XIII. parentes obiurgare liberos non numquam blande, non numquam minaciter solent, atiquando admonere etiam verberibus. Confer a Petro Fabro Semestr. Lib. II. Cap. VI. Cerdia ad Maronis Aen. Lib. X. vs. 153. et Brissonio de V. S. Lib. I. h. v. adlata,

fuisse maiores nostros, vt Romani in patriam penetrarent, eamdemque domi penitusque perspicerent. 3.)

## §. VI.

Ast legas in Velleio, 1.) *Tiberio Caesare duce perlustratam armis Romanis totam Germaniam esse.* Tum enim, si diis placet, quippe quod fide sublesta est Paterculus nasutioribus, 2.) *videt genet pene nominibus incognitae.* - - Denique, quod numquam ante spe conceptum, ne dum opere tentatum erat, ad quadringentesimum milia-  
rium, a Rhenio usque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundoru-  
rumque fines praeterfluit, Romanus cum signis perductus exercitus:  
et eodem, mira felicitate et cura ducis, temporum quoque obseruantia  
clasif., quae oceani circumauigauerat sinus, ab inaudito atque in-  
cognito ante mari flumine Albi subiecta, plurimarum genitum  
victoria, cum abundantissima rerum omnium copia exercitu Caesari-  
que se iunxit.

## §. VII.

Vera igitur ille Tiberii miles et equitum praefectus in Germania, 1.) siue de Tiberio suo 2.) siue de Druso 3.) narrauerit, quae Dionem Cassium 4.) praetermissis miror, 5.) cui nec *Albis* nec *Hermundurorum* vlla mentio eam Germanicam expeditionem exponenti; *Albis* tamen non diu manferit *inclusus et notus*, quia ipse Tacitus 6.) non multo post suo aevo addit olim, si vel Saxonum caput Dresda quondam tropaea Drusi habuerit. 7.)

3.) Euolatas, quae hanc in rem adprime disseruit in Germania Ver-  
satisfimus de Iusti paullo ante excita-  
tus §. II, nota 3.

§. VI. 1.) Hist. Rom. Cap. CVI.  
unde quedam iam supra Sect. I.  
Intersect. II. §. I.

2.) Perizouio Animaduers. Hist. Rom.  
Cap. VI. prae ceteris. Est tamen et  
iam, quod legas, quae Eruditissimus  
Christius Noct. Acad. P. I. Obs. II.  
p. 30. seqq. de eo acutissime censuit.

§. VII. 1.) Qualem se ipse profi-  
tetur Libr. II. Cap. CIII, n. 3,

2.) Cui ea quidem reliquit Con-  
sultiss. Stegerus de Viis Militar. Rom.  
in Vet. German. §. III. aequo ac  
Illustrissimus Comes de Bunau in  
Hist. German. Caef. et Imper. P. I.  
Lib. I. p. 168. et Illustris Macouius  
Hist. Germ. Lib. III. §. XXIII.

3.) Ad quem transfert supra lau-  
datus Iusti §. XXII. seqq. illa a Pater-  
culo de Tiberio relata.

4.) Lib. LV.

5.) Cum Buchnero supra nota 5.  
ad §. III. excitato.

6.) German. Cap. XXXXI, extr.

Radiauerint autem luce sua haec cuncta, quae hic disfero, quam primum discussa fuerit nox, qua Plinii viginti libri Bellorum Germaniae sepulta iacent iam quidem non nisi titulo cogniti, 8.) ni Herculatum tot antiquitatum promus condus in hanc lucem reddat.

## §. VIII.

Instes forte, praedicari Tacito 1.) Hermundurorum ciuitatem Romanis fidam, eoque solis Germanorum non in ripa commercium, sed penitus atque in splendidissima Raetiae prouinciae colonia passem et sine custode 2.) transisse, et, cum ceteris gentibus arma modo castraque sua ostenderent Romanis, his domos villasque patefecisse non concupiscentibus. Haberes, quod vis, si Romanis non in ripa commercium, sed penitus in Germania suisset commercium, iidemque passem et sine custode in Hermundurorum ciuitate transierint, nec illis hi arma castraque ostenderint, sed domos villasque patefecerint nimium quantum concupiscentibus. Si vel enim *ripa* illa fuerit Danubii, 3.) fuit tamen eadem illa *colonia* non solum non trans hoc flumen, sed citra, immo iam aliquot milliaria ab eo remota, si quidem nil clarius verbis Cornelianis *non in ripa commercium sed penitus*, vt illa *colonia* non potuerit non longiuscule a Danubio esse disita. 4.) Nam si vel ad *Ratisbonam* hodie quam celebratissimam ea traheres, 5.) est tamen iam Romanis cis Danubium. Et, modo si Taciti aetate nata, cui ea vnumquam *colonia*, quam potius *castra Regina* 6.) audiuerit? Sed Augsburgum vel adhuc nobilissimum seruat

7.) In quo totus est ille Cel. Iusti  
§. LVIII. seqq.

8.) Ex Plinio iuniore Lib. III. Ep. V. n. 4. suffragantibus Tacito Annal. Lib. I. Cap. LXVIII. et Suetonio in eius vita, modo est Suetonius.

§. VIII. 1.) German. Cap. XXXXI.

2.) Recte obseruante Lipsio ad h. l. secus ac moris erat Romanis, qui querentibus Germanis apud Tacitum Hist. Lib. III. Cap. LXIII. flumina ac terras et quodam modo caelum ipsum clauerant, vt colloquia congresusque Germanorum arcerent,

vel, quod contumeliosus est viris ad arma natis, inermes ac prope nudi sub custode coirent Germani.

3.) Quae est sententia Mollerij Theatr. Chron. Freiberg. Sect. I. Cap. II. extr. p. 15.

4.) Quibus ista explicit Velserus Rer. Augustan. Lib. III. p. 211.

5.) Ad quam quidem aliquos trahere, Vetterus ad h. l. Taciti index est, quos tamen dudum idoneis argumentis reiecit Velserus Rer. Boic. Lib. III. p. 90. seq.

6.) Ut pluribus exposui anqui-

uat *Augustam* originem, manifesto indicio, 7.) *Augusti* Romanorum auspiciis *coloniam* illuc esse deductam, et a Tacito in mente habitam, 8.) et si vulgo 9.) *Augusta Vindelicorum* audit. Nam *Vindelici* incolebant *Raetiam* in *vniuersum* tum dictam, post ea secundam cognominataq. 10.)

## §. VIII.

Insuper reuoca in memoriam, 1.) *Vannium a Druso Caesare Sueuis impositum pulsum fuisse regno auctore Hermundurorum reges*; num hoc est amicorum, quos quidem Romanos *Hermundurosque Cornelius modo 2.) voluit?* Nam fidi aduersus nos *conspirant*, ut quidem *Hermunduri 3.) aduersus Romanos?*

## §. X.

Quid mirum est, *Hermunduros* a gente togata magis magisque disidentes, nec nisi hostes se conspiciendos praebentes, quibus Romani terga potius dabant quam vultus, iisdem adeo ignotos fuisse factos, vt vix ac ne vix quidem eorum peritissimo dignoscerentur a reliquis gentis suae nationibus? 1.)

rens, cur Curia cognominatur Regnitioniana, §. VII.

7.) Quod est a Cluuerio in *Vindelic.* Cap. III. p. 728.

8.) Interpretibus iisdem Cluuerio ibideam et in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. p. 608. Cellario Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. VII. §. XI. Spenero Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. VI. §. IIII. not. (y) p. 126. Eccardo Rer. Franc. Orient. Lib. I. §. X. p. 6. Gen. de Falkenstein Antiquit. et Meinorab. Nordg. Vet. Tom. I. Cap. I. §. IIII. p. 5. Schoettgenio in Spicileg. Hist. Diplom. Saxon. P. I. N. I. §. 7. p. 10. Rhenano et Dithmaro ad h. I. Cornelii. Iuuabit quoque consuluisse Illistrisimum de Bunau P. I. Lib. I. p. 141.

9.) Ptolemaeo, Antonini Itinerario et Theodosianae Tabulae a Velsero Rer. Augustan. Lib. III. p. 214. seqq. Cellario et Cel. Wesfelingio ad Antonin. Itiner. p. 237. nominatis.

10.) Vide Spenerum Lib. VI. Cap. II. §. V. et Dithmarum ad Taci German. Cap. I. nota 3.

§. VIII. 1.) Ex Sect. I. Intersect. II. §. III.

2.) Priori §o.

3.) Quod fecisse memineris ex eiusdem Interseccionis II. §. V. et VI.

§. X. 1.) Quale peccatum Graecorum Latinorumque auctorum vel optimorum in rebus Germanicis notavit Gen. de Iusti saepe laudatus nota 3, ad §. I. p. 2. seq.



Yb 4473

KD 18

ULB Halle  
006 302 904

3



2c



## Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

CVRIAM  
REGNITIANAM

NON. NVLLO. IVRE

HERMVNDVRORVM  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. III

VT

SERENISSIMI. CLEMENTISSIMI. Q. DOMINI

D O M I N I

F R I D E R I C I

MARGGR. BRANDENB. DVC. PRVSS  
RELIQVA

NOMEN. A. PRELLIVM. SCHOENBRVN. GERMANICE  
OPERA. PVBLICA. I. F. E. DE. PODEWILS EQ. PALAT.  
GALLICE

TEMPLI. AVLICI. REFECTIONEM. I. G. KAPPIVM. OBERKOZ.  
GERMANICE

VIARVM. CVRAM. G. W. KISPERTVM. RVGGEND. LATINE  
ARTIVM. PERITIAM. I. A. RENNEBAVMIVM. CVRIEN.  
GERMANICE

PATRIS. PATRIAE. OPTIMI

DIEM. NATALEM

D. X. MAII. CICCIICCLIII  
IN. ILLVSTRI. CVRIANO. H. L. Q. C  
PIE. OBEVNDI. CAVSA

QVA. DECET. ANIMI. DEVOTIONE. CELEBRATVROS  
CVRIAEC. PROCERES. CIVES. Q

BENEVOLE. AVDIANT

OBNIXE. ROGAT

EIVSDEM. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS

CVRIAEC. REGNITIANAE

LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII

GYMN. TYP